Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1669
Quelle:
Copyright:

ueraine amour de (et?) *vraye esperance et a ferme foy. Lesquelles pour du tout le joindre a la passion de son saulueur le cloent sur larbre de la croix, et grace diuine pour mortifier sa vayne plaisance luy met le fer de lance ou couste. Et par ainsi lame deuote vit en ce monde en grant repos.* Habes igitur nomina Personarum pii hujus Dramatis, quibus adde Autorem ipsum, qui titulo *l'Acteur* instar Choragi, quae narranda sunt, interloquitur. Quae porro fiunt, Iconibus supra memoratis pulcre repraesentantur. Epilogi in modum optimus Princeps ad *Johannem* Archiep. revertitur, eumque obtestatur, ut pro se ita apud Deum agere velit, quemadmodum Leaena, quae voce sua ferventi catulis suis vitam inspirat, *ainsi que dit et raconte le proprietaire.* Quo loco non dubito intelligi *Bartholomaeum Anglicum*, cujus Opus *de Proprietatibus Rerum* jam a. 1372. gallice interpretatus est *Joh. de Corbichon* Eremita O. S. Aug.

DCC.

Codex membraneus gall. Sec. XVI. Folior. 31. 8. eleganter exaratus, titulis miniatis, et literis initiorum deauratis, picturatisque speciosus Poema continet ex eorum genere, quae *Moralitez* adpellantur, inscriptum *Lacz damour diuin.* Prologus constans Strophis 4. hendecastichis ita orditur: H. 9

Deuotte dame qui contemplez les faitz
De ihesu crist qui souffrit passion
Lisez ce liure vous verrez par effectz
Quil descendit pour la remission &c.

Poema ipsum Strophas habet ogdostichas, διαλογικον est, et in II. *Partes* tributum. Partis I. collocutores sunt: *Charite, Jesu Crist, Lame, Justice* et *Verite;* Partis alterius: *Bonne Inspiration, Lame, Les filles de hierusalem, Les filles de syon, Jesus, Les pecheurs* et *Charite.* Itaque non *huit Personnages*, ut habet *Catalogus Valler.* P. I. T. 2. p. 407. ubi indicatur Exemplum *Rothomagi* excusum pro *Thoma Laisné*, char. goth. *s. a.* 8. Initium P. I. est:

Ihesus diuine sapience
Et second en la trinite
Qui cognoissez tout ce quon pence
Je vous pry dictez verite &c.

Tota pia Sermocinatio hoc Tetrasticho clauditur: